



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones disputationum de Jndulge[n]tiarum virtute F. Martini Lvther Avgvstiniani Vittenbergensis

Luther, Martin

[Wittenberg], 1518

VD16 L 5787

Con: LXIII. Hic aute[m] est merito odiosissimus/ quia ex primis facit
nouissimos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32315

verbum solati, verbum gaudij, vox sponsi & sponsae, verbum bonum, verbum pacis, Sicut ait Esa: xl. Quia iucundi pedes Euangelii sanctorum, euangelii sanctorum pacem, predicantium bona, Lex vero est verbum perditionis, verbum irae, verbum tristitiae, verbum doloris, vox iudicis & rei, verbum inquietudinis, verbum maledicti. Nam secundum Apostolum, Lex est virtus peccati, & lex iram operatur. Est lex mortis, Ex lege enim nihil habemus, nisi malam conscientiam, inquietum cor, pauidum peccatum, a facie peccatorum nostrorum, quae lex ostendit, nec tollit, nec nos tollere possumus, Sic itaque captus ac tristis, omninoque desperatis, Venit lux Euangelii & dicit, Nolite timere, Consolamini consolamini popule meus, Consolamini pusillanimes, ecce deus vester, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi, Ecce qui solus implet legem pro vobis, qui factus est a deo vobis iusticia, sanctificatio, sapientia, redemptio, oibus qui creditur. Hoc suavissimum nuntium, cum audierit conscientia peccatrix, reuulsit, & tota exultat in tripudio, plenaque fiducia, iam nec mortem, nec amica mortis poenam graui formidat, neque infernum, ideo, qui poenas adhuc timent, nondum audierunt Christum, nec vocem euangelii, sed vocem potius Moysi. Ex hoc itaque Euangelio, nascitur vera gloria dei, dum docemur, non nostris operibus, sed gratia misericordiae dei in Christo, impleta legem & impleri, Non operando, sed credendo, Non pro aliquid offerendo, sed ex Christo omnino accipiendo & percipiendo, de cuius plenitudine participamus omnes, & accipimus, de qua alias latius.

¶ CON: LXIII.

Hic autem est merito odiosissimus / quia ex primis facit nouissimos.

Euangelium enim destruit ea quae sunt, confundit fortia, confundit sapientia, & redigit eos in nihilum, in infirmitatem, in stultitiam, quia docet humilitatem & Crucem, Sic psalmus ix. Increpasti gentes & perierunt impius, nomen eius delituit, Verum hanc regulam crucis horrent omnes, quibus placent terrena & sua, dicentes, durus est hic sermo, ideo non est mirum, si sit odiosissimus sermo Christi, ihs qui diligunt aliquid esse, sapientiam, potentiam, coram se & hominibus, & primi sibi videntur.

¶ CON: LXIII.

Thezaurus autem indulgentiarum / merito est gratissimus / quia ex nouissimis facit primos.

Satis